Fragmentarium

magis fuit maior tanto magis erit levior et velocio
ris motus ad superius et quanto magis velocioris motus
a superiori ad inferius tanto contingit eis.

Cum contingit eis secundum suam causam
ut eadem natura quandoque est levis cum
fuerit composita ex paucis elementis et quandoque
gravis cum fuerit composita ex pluribus
elementis. incepit primo demonstrare quod
in gravi simpliciter et levi simpliciter apparet
contradictorium. i. quod omne leve sim
pliciter sive magnum sive parvum. i. sive
compositum ex pluribus elementis sive pau
cis semper videtur leve. i. mobile ad su
perius. et similiter de gravi simpliciter et dixit
Nos autem videmus quod ignis est levis etc.
i. nos autem ex istis fundamentis videmus
quod omnis ignis sive magnus sive parvus
et in qualibet hora cum fuit in loco inferiori s.
medio movebitur ad superius cum sit sine contra
rietate. et similiter omnis pars terre sive magna
sive parva semper movetur ad medium.
et cum posuit hanc propositionem tamquam ma
nifestam sensui dixit. Si igitur ita sit non propter
angulos etc. i. et si hoc fundamentum sit sic
possumus impossibile est secundum opinionem dicentis
quod hec iiii. corpora vocata elementa sunt
composita ex triangulis. dicere quod causa propter quam
quedam sunt gravia. et quedam levia
et quod leve componitur ex paucioribus trian
gulis et grave ex pluribus. Deinde dixit.
quoniam similiter est sicut dixerunt etc. i. quoniam si causa
gravitatis esset multitudo triangulorum et
levitatis paucitas itaque terra constaret ex
multis triangulis et ignis ex paucis
tunc ut magnus ignis esset tardioris mo
tus ad superius quam parvus. magnus e
nim habet plures triangulos quam par
vus. sed non est ita. ergo multitudo triangulorum
non est causa gravitatis nec paucitas
levitatis. Deinde dixit. quoniam quanto magis
erit magnus etc. s. ignis. Deinde dixit. et quan
to magis fuerit minor etc. i. et quanto ma
gis ignis fuerit minor. tanto motus eius
violente ad inferius erit facilior. et hoc
contingit eis qui ponunt hos triangulos causam
natura. et si dixerunt quedam eorum sunt gra
via et quedam leves. et grave componitur
ex triangulis gravibus. et leve ex levibus.
ex levibus non contingeret eis hoc contradictorium
et hec contradictio est universalis omnibus dicentibus
in elementa esse composita ex eis consimilibus sive su
perficiebus sive partibus indivisibilibus. i.
et quod causa gravitatis et levitatis est mul
titudo et paucitas eorum.

Adhuc autem.
Dicamus et aliter alio ser
mone quod si corpus levius
fuerit leve quia componi
tur ex ipsis ingeneis paucis
et corpus gravius fuerit
grave quia componitur
ex ipsis ingeneis multis ig
nis autem et aer et aqua
componuntur ex multitu
dine angulis scilicet distant in pau
citate et multitudine trian
gulorum ex quibus inveniun
tur graviora et leviora secun
dum diminutionem. necessarium est ut a
liqua quantitas aeris in mul
titudine sit gravior aqua.
Tunc ergo debet aer move
ri ad inferius quod est im
possibile. videtur enim quod
quanto magis aer fuerit
maior tanto citius mo
vetur ad superius

In prima contradictione dementavit eos
accidere quod pars maior ignis aut terre movetur
tardius quam minor. in qua autem quod pars maior
levis celi movetur ad partem quam minor

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 45, fol. [22]v – Aristoteles, <i>De caelo</i>, with commentary by Averroes (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tq1r/9563/70264)